



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 22. Querelæ contra sermonem cujusdam Tratrix ex Ordine S. Augustini
ad Facultatem Theologicam delatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

introductionem pro studio divinarum li- Sæcul. XVI.
A. C. 1541.
terarum: Præterea tractatum, cui ti-
tulus: *Theſaurus linguæ ſanctæ*, edidit
præter plures alios libros, quos Sixtus
Senenſis recenſet. Obiit Lugduni die
vigefima quarta Auguſti hoc anno ſalu-
tis millefimo quingentefimo quadrage-
fimo primo, & ſepultus eſt in ejuſdem
urbis Eccleſia ac ſubter Ordinis Fratrum
Prædicatorum choro.

§. XXII.

*Querelæ contra ſermonem cujuſdam
Fratris ex Ordine S. Auguſtini
ad Facultatem Theologicam
delatæ.*

Hoc item anno poſt Chriſtum natum Argent. Coll.
jud. app. t. 1.
p. 10. coll. 2.
milleſimo quingentefimo quadra-
geſimo primo die quinta Januarii Pari-
ſina Facultas Theologica excepit que-
relas, quæ contra ſermonem a Joanne
Barentono Ordinis S. Auguſtini prola-
tum deferebantur; nam hic in Eccleſia
S. Severini occurrente feſto S. Stêpha-
ni hanc proſitionem: *Sancti non fa-
ciunt miracula*, ad populum dixit, ac tri-
bus etiam vicibus hæc verba repetiit:
*Ita eſt, dixi vobis, quod Sancti non fa-
ciant miracula.* Igitur hic Religioſus
comparere jubetur, ipſe vero ſuam ex-
plicans proſitionem ita eſſatus eſt:
San-

Sæcul. XVI. A. C. 1541. *Sancti non faciunt miracula, nisi cum Dei gratia & virtute eis data.* Placuit Doctoribus hæc Monachi explicatio, hinc conclusum, quod in sermone pro festo trium Regum diceret, ac prædicaret hanc propositionem: Sancti non faciunt miracula, esse falsam & hæreticam, simulque huic sermone intersint tanquam hujus palinodia testes duo Doctores Blangefius & Godofridus. Acquievit hic Religiosus Facultatis sententiæ, eamque integra fide executus est.

§. XXIII.

*Epistola Facultatis Theologicæ ad
Abbatissam Monasterii Fortis
Ebraldi.*

Argent. t. 2. *p. 132.* Die decima tertia Maji Facultatis Doctores Conventu apud Mathurinos habito deliberarunt circa responsum, quod Abbatissæ apud Fontem Ebraldi dandum esset, nam hæc a Facultate exquirebat, *utrum licite quosdam Religiosos, qui diversum a suo Institutum profitentur, ad hoc nominare posset, ut suarum Monialium confessiones exciperent?* Ad hoc dubium Facultas die decima octava Maji hunc in modum respondit: „ Dubiis „ nuper propositis ea, qua optavimus, „ promptitudine respondere haud potuimus, serio tamen ea perpendimus: „ cum